

www.e-rara.ch

Marci Tullii Ciceronis Officiorum libri tres

Cicero, Marcus Tullius

Basileae, an. 1524

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-651>

Marci Tullii Ciceronis paradoxa, ad M. Brutum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

MARCI

TVLLII CICERONIS

PARADOXA, AD

M. BRVTVM.



Nimaduerti Brute, sæpe M. Catonem auunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graues ex philosophia tractare, abhorretes ab hoc usu forensi, & publico: sed dicendo

1. consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia uiderentur. Quod eò maius est illi, quam aut tibi, aut nobis, quia nos ea philosophia plus utimur quæ peperit dicendi copiam, & in qua dicuntur ea quæ non multum discrepant ab opinione populi

Cato pfe= lari. Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in uul= cus.

2. orationis, neque dilatat argumētum, sed minutis interrogatiuiculis, & quasi punctis, quod propositum fuit efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum.

incultum, quod nō splendet oratione, & tan-
 quā excolatur. Quod cū ita putarē, feci etiā au-
 dacius, quā ille ipse de quo loquor. Cato enim
 dūtaxat de magnitudine animi, de cōtinētia, de
 morte, de omni laude uirtutis, de dijs immorta-
 libus, de charitate patriæ, stoice solet, nullis ora-
 torijs ornamentis adhibitis, dicere: Ego autē illa
 ipsa, quæ uix gymnasijs, & i otio Stoici probāt,
 ludēs conieci in cōes locos. Quæ quia sunt admi-
 rabilia, cōtraq; opinionē omniū, ab ipsis etiā pa-
 radoxa appellātur, tētare uolui, possent ne pro Parado-
 ferri in lucē. i. in forū, & ita dici, ut pbarētur: an xa. i. praes
 alia quædā esset erudita, alia popularis oratio. ter opinia
 Eoq; scripsi libentius, quod mihi ista paradoxa onem.
 quæ appellātur, maxime uidētur esse Socratica,
 lōgeq; uerissima. Accipies igitur hoc paruū opu-
 sculū lucubratū his iam cōtractioribus noctibus:
 Quoniā illud maiorū uigiliarū munus in tuo no-
 mine apparuit, degustabis & hoc genus exerci-
 tationū mearū: quibus uti cōsueui, cū ea quæ di-
 cūtur in scholis θετικὰ, ad nostrū hoc oratoriū
 trāsfero dicēdi genus. Hoc enim genus in apertū
 ut referas nihil postulo. Nō enim est tale, ut in ar-
 ce poni possit, quasi illa Minerua Phi-
 dia: sed tātū ut ex eadē officina
 exisse appareat.

ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν.

Quod honestum sit, id solum bonum esse.



Pecunia
 & id ge-
 nus nō est
 in bonis
 commune-
 randa.

Ereor tamen, ne cui uestrum ex Stoicorum hominū disputationibus, nō ex meo sensu deprompta hæc uideatur oratio. Dicam tamen quod sentio, & dicam breuius, quàm res tāta dici potest. Nunq̄, me hercle, ego neque pecunias istorū, neque tecta magnifica, neq; opes, neque imperia, neq; eas, quibus maxime astricti sunt, uoluptates, in bonis rebus, aut expetendis esse numerandas duxi: Quippe cū uiderē rebus his circūfluentes, ea tamē desiderare maxime, quibus abūdarent. Neque enim unq̄ expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Neq; ea solū quæ habent libidine augēdi cruciātur, sed etiam amittēdi metu. In quo equidem cōtinentissimorum hominum maiorum nostrorū sepe requiro prudentiā, qui hæc imbecillia, & cōmutabilia pecuniæ membra solo uerbo bona putauerūt appellanda, cum re ac factis longe aliter iudicassent. Potest ne bonum cuiq̄ malo esse? aut potest quisquā in abundantia bonorum ipse non esse bonus? Atqui ista omnia talia uidemus ut etiam improbi habeant, & obsint probis. Quamlibet irrideat (si quis uult) plus apud me tamē uera ratio ualebit, quàm uulgi opinio. Neque

que ego unq̄ bona perdidisse dicā, si quis pecus,
aut suppellectilem amiserit. Nec nō sæpe lauda=
bo sapientem illum Biantem (ut opinor) qui enu Biantis re
meratur inter septem sapientes: Cuius cum qui sponsum.
dam patriam Priennam cepisset hostis, cæteri q̄
ita fugerent, ut multa de suis rebus secum aspor=
tarent: cum esset admonitus à quodam, ut idem
ipse faceret, ego uero, inquit, facio, Nam omnia
mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne
sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam
bona. Quid est igitur (quæret aliquis) bonū? Si Quid sit
quod recte fit, & honeste, & cum uirtute, id bene bonum.
fieri, & recte dicitur, & quod rectum & honestū
& cum uirtute est, id solum opinor bonum. Sed
hæc uideri possunt obscuriora, cum sine apposi=
tione exemplorū lentius disputantur: uita atque
factis illustranda sunt summorū uirorū hæc quæ
uerbis subtilius quàm factis disputari uidentur.
Quæro enim à uobis, num illam cogitationē hæ
buisse uideantur hi qui hanc rempub. tam præ=
clare fundatā nobis reliquerunt, aut auri, aut ar=
genti ad auaritiā, aut amœnitatum ad delecta=
tionem, aut suppellectilis ad delicias, aut epula=
rum ad uoluptates? Ponite ante oculos unum=
quenq; regum: uultis incipere à Rhomulo? uul=
tis post liberam ciuitatem ab his ipsis qui libera=
uerunt

uerunt eam? Quibus tandem gradibus Rhomulus ascendit in coelum? ijs ne quæ isti bona appellant, an rebus gestis atque uirtutibus? Quid autem Numa Pōpilius? minusne gratas dijs immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorū pateras arbitramur? Omitto reliquos. Sunt enim omnes pares inter se, præter Tarquinium Superbum. Brutum si quis roget quod egerit in patria liberanda, si quis item reliquos eiusdē cōsiliij socios, quid expetiuerint, quid secuti sint, num quis existat cui uoluptas, cui diuitiæ, cui denique præter officium fortis & magnæ uiri quicquid aliud propositum fuisse uideatur? Quæ res ad necem Porsenæ Q. Mutiū impulit sine ulla spe salutis suæ? Quæ uis Horatium Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? Quæ uis patrē Deciū, quod filiū deuouit, ac immisit in armatas hostiū copias? Quid cōtinentia C. Fabricij? Quid tenuitas uictus M. Curij sequebatur? Quid duo propugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? Quid Afrīcanus minor? quid maior? Quid inter horū ætates interiectus Cato? Quid innumerabiles alij? Nam domesticis exemplis abundamus: An cogitasse quicquid putamus in uita sibi ex-

peten-

petendū, nisi quod laudabile esse, & præclarū uēderetur. Veniant igitur irrisores huius orationis ac sentētiæ, & iam uel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis ebore & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui celato auro & argēto, qui Corinthijs operibus abūdāt: an Q. Fabricij, qui nihil eorū habuit, nihil habere uoluit, se similes esse malint? Atq; hæc quidem quæ modo huc modo illuc transferuntur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent. Illud tamē arcte tenēt, accurateq; defendūt, Voluptatem esse summū bonum: Quæ quidem mihi non est uox pecudum uidetur esse, non hominū. Tu cum summum tibi, siue deus, siue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura dederit animū, quo nihil est præstantius, neque diuinius, sic te ipse abiicies, atq; prosternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedē aliquid putes interesse? Quicquāne bonū est, quod non eum, qui possidet, meliorem facit? Ut enim quisque est maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime. Neque est ullum bonum, de quo non is qui id habeat, honeste possit gloriari. Quid autem est horum in uoluptate? Meliorem ne efficit, aut laudabiliore uirum? An quisquam in potiūdis uoluptatibus gloriando se & prædicatione extollit? Atqui si uoluptas (quæ pluris

plurimorū patrocinijs defenditur) in rebus bonis habenda nō est, eaq; quō est maior, eō magis mentem ē sua sede & statu dimouet, profecto nihil est aliud bene & beate uiuere, nisi honeste & recte uiuere.

ὅτι αὐτὰρ κῆρ ἢ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

In quo uirtus sit, ei nihil deesse ad beate uiuendum.

Regulus.



Ec uero ego M. Regulum ærumnosum, nec infelicem, nec miserum unquam putauī. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur à Pœnis, nō

grauitas, non fides, non constantia, non ulla uirtus: non deniq; animus ipse, qui tot uirtutū præsidio munitus, tantoq; comitatu uirtutis septus, cū corpus eius caperetur, capi certe ipse nō potuit.

C. Marius

C. uero Marium uidimus, qui mihi secundis in rebus unus ex fortunatis hominibus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur: quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis insane, nescis quantas uires uirtus habeat: nomē tantū uirtutis usurpas, quid ipsa ualeat ignoras. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia. Cui autem spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil

hñl potest esse certi, nihilq; quod exploratũ habẽ
 at permanſurum ſibi unum diem : Eum tu homi-
 nem terreto, ſi quem eris nactus, iſtiusmodi mor-
 tis aut exilij minus: Mihi uero quicquid acciderit
 in tam ingrata ciuitate, ne recusanti quidem eue-
 nerit, non modo nõ repugnanti. Quid enim ego
 laboraui, aut quid egi, aut in quo euigilaerunt
 curæ & cogitationes meæ? Si quidem nihil pepe-
 ri tale, nihil conſecutus ſum, ut eo ſtatu eſſem,
 quẽ neq; fortunæ temeritas, neq; inimicorũ labe-
 factaret iniuria. Mortem ne mihi minitaris, ut o-
 mnino ab hominibus, an exiliũ, ut ab improbis
 demigrandũ ſit? Mors terribilis eſt his, quorum
 cũ uita omnia extinguitur, nõ his, quorum laus
 emori non poteſt. Exiliũ autem terribile ijs, qui-
 bus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus, nõ
 his qui omnem orbem terrarũ unam urbem eſſe
 ducunt. Te miſeriæ, te ærumnæ premunt omnes,
 qui te beatũ, qui te florentẽ putas: Tuæ libidines
 te torquent: tu dies noctesq; cruciaris: cui nec ſa-
 tis eſt quod eſt, & idipſum quod habes ne nõ diu-
 turnũ ſit futurũ, times: Te conſcientiæ ſtimulant
 maleſiciorũ tuorum, te metus exanimat iudicio-
 rũ atq; legũ: Quocũq; aſpexiſti, ut furia, ſic tuæ
 tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſi-
 nunt. Quamobrẽ ut improbo, & ſtulto, & iner-
 x ti, nemis

ti nemini bene esse potest: sic bonus uir & sapiens
 ens & fortis, miser esse non potest. Nec uero cuius
 uirtus moresque laudandi sunt, eius non laudanda
 uita est: Neque porro fugienda uita est, quae lau-
 danda est: Esset autem fugienda, si esset misera.
 Quamobrem quicquid est laudabile, idem & bea-
 tum, & florens, & expetendum uideri debet.

ὅτι ἴσα τὰ ἀμαρτίμαϊα.

Aequalia esse peccata.

PArua, inquit, res est, atque magna
 culpa. Nec enim peccata rerum euen-
 tu, sed uitae hominum metienda sunt.
 In quo peccatur, id potest aliud al-
 terius maius esse aut minus: ipsum quidem illud
 peccare, quoquo te uerteris, unum est. Auri nauem
 euertat gubernator an paleae, in re aliquantum,
 in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est
 ipsius libido in muliere ignota: dolor ad pauciores
 res pertinet, quam si etiam petulans fuisset in ali-
 qua generosa ac nobili uirgine: peccauit uero non
 hilominus: siquidem est peccare tanquam transili-
 re lineas: Quod cum feceris, culpa commissa est:
 quam longe progrediare, cum semel transieris,
 ad augendam transeundi culpam nihil pertinet:
 Peccare certe licet nemini: Quod autem non li-
 cet

cet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere: Id
 siquidē nec maius nec minus unquā fieri potest:
 quoniā in eo est peccatum, si non licuit. Quod
 semper unum & idem est, quæ ex eo peccata na-
 scūtur, equalia sint oportet. Quod si uirtutes pa-
 res sunt, inter se paria esse etiā uitiā necesse est.
 Atqui pares esse uirtutes, nec bono uiro melio-
 rem, nec temperante temperatiore, nec forti for-
 tiorem, nec sapiente sapientiore posse fieri, fa-
 cillime potest perspici. An uirum bonum dices,
 qui depositum nullo teste, cum lucrari impune
 posset, auri pondo decem reddiderit, si idem in
 decem milibus auri pondo non idem fecerit? Aut
 temperantem eum, qui se in aliqua libidine con-
 tinuerit, in aliqua effuderit? Vna uirtus est con-
 stans cum omni ratione & perpetua constan-
 tia: Nihil huic addi potest, quo magis uirtus sit:
 nihil demī, ut uirtutis nomen relinquatur. Ete-
 nim si bene facta recte facta sunt, & nihil recto
 rectius est, certe nec bono quidem melius quic-
 quam inueniri potest. Sequitur igitur, ut etiam
 uitiā sint paria: Siquidem prauitates animi re-
 cte uitiā dicuntur. At qui quoniam pares uirtu-
 tes sunt, recte etiam facta, quoniam à uirtutibus
 proficiunt, paria esse debent. Itemq; peccata
 quoniā ex uitijs manant, sint equalia necesse est.

A philosophis, inquit, ista sumis. Metuebam ne à
 lenonibus diceres. Socrates disputabat isto mo-
 do. Bene Hercule narras: nam istum doctum &
 sapientem uirum fuisse memoriæ traditū est. Sed
 tamen quero ex te (quando uerbis inter nos con-
 tendimus, non pugnis) utrum potius de bonis est
 querendū, quid baiuli atq; operarij, an quid ho-
 mines doctissimi senserint? præsertim cum hac
 sententia, non modo uerior, sed ne utilior quidē
 hominum uitæ reperiri ulla possit. Quæ uis est
 enim quæ magis arceat homines ab omni impro-
 bitate, quàm si senserint nullū in delictis esse di-
 scrimen? æque peccare se, si priuatis, ac si ma-
 gistratibus manus inferantur? quancunq; in dos-
 mum stuprum intulerint, eandem esse labem libi-
 dinis? Nihil ne igitur interest (nam hoc dicit ali-
 quis) patrem quis necet, an seruū? Nuda ista si po-
 nes, iudicari qualia sint, non facile possunt. Pa-
 trem uita priuare, si per se scelus est, Saguntini
 qui parentes suos liberos emori, quam seruos uita
 uere maluerunt, parricidæ fuerunt. Ergo & pa-
 renti nonnunquā adimi uita sine scelere potest,
 & seruo sæpe sine iniuria non potest. Causa igi-
 tur hæc, non natura distinguit. Quæ, quando ul-
 tro accessit, id fit propensius: si utrobique coniun-
 cta est, paria fiant necesse est. Illud tamen inter-
 est,

est, quod in seruo necando, si id fit iniuria, semel peccatur: in patris uita uiolanda multa peccantur: Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo, atq; in repu, collocauit: Multitudinem peccatorum præstat, eoq; pœna maiore dignus est. Sed nos in uita nõ quæ cuiq; peccato pœna sit, sed quantum cuiq; liceat, spectare debemus. Quicquid non oportet, scelus esse, quicquid non licet, nephas putare debemus, etiam in minimis rebus: Siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus. *Histrionum.* Histrionum si paulò se mouit extra numerum, aut si uersus pronuntiatus est syllaba una breuior aut longior, exhibitur & exploditur: In uita quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet. ut in syllaba te peccare diceres: Poëtam non audio in nugis: in uita societate audiam ciuem digitis peccata dimetientem suam. Quæ si uisa sint breuiora, leuiora qui possint uideri? cum quicquid peccatur perturbatio-
ne peccetur rationis, atq; ordinis: per-
turbata autem semel ratione &
ordine, nihil possit addi,
quo magis peccare
posse ui-
deatur.

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ ἀπινύσσονται.

Omnes stultos insanire.

Vide num
ratiōibus
sit legen-
dum.



Catilina.

Go uero te nō modo stultū, ut sepe,
nō improbiū, ut semper, sed demen-
tem & insanū rebus addicā necessa-
rijs. Sapientis animus, magnitudine
consilij, tolerantia rerum humanarū, contem-
ptione fortunæ, uirtutibus denique omnibus ut
mœnibus septus, uincetur & expugnabitur, qui
nec ciuitate qui dē pelli potest? Quæ est enim ci-
uitas? omnis ne conuentus etiam ferorū & imma-
nium, omnis ne etiā fugitiuorū ac latronū cōgre-
gata unū in locū multitudo? Certe negabis. Non
igitur erat illa tum ciuitas, cū leges in ea nihil ua-
lebant, cum iudicia iacebant, cum mos patrius
occiderat, cum ferro pulsus magistratibus sena-
tus nomen in rep. non erat. Prædonum ille con-
cursus, & te duce latrocinium in foro constitu-
tum, & reliquæ coniurationis à Catilinæ furijs
ad tuum scelus furoremq; conuersæ, num ciui-
tas erat? Itaq; pulsus ego ciuitate non sum, quæ
nulla erat: Accersitus in ciuitatem sum, cum esset
in rep. consul, qui tum nullus fuerat, essetq; sena-
tus, qui tum occiderat, esset consensus populi li-
ber, esset iuris & æquitatis (quæ uincula sunt ci-
uitatis)

uitatis)repetita memoria . At uide quàm ista tui
 latrocinij tela cõtempserim . Iactã & immissam
 alte nefariam in me iniuriam semper duxi , tamẽ
 peruenisse ad me nunquã putauì: Nisi forte cum
 parietes disturbabas , aut cũ tectis sceleratas fa-
 ces inferebas, meorum aliquid ruere, aut in urbe
 deflagrare arbitrabare. Nihil enim meũ est (neq;
 cuiusquã) quod auferri, quod eripi, quod amitti
 potest. Si mihi eripuisses diurnã animi mei cõ-
 stantiam, meas curas, uigilias , consilia , quibus
 resp. inuicta stat , si huius æterni beneficij immor-
 talem memoriam deleuisses, multo etiam magis,
 si illam mentem , unde hæc consilia manarunt,
 mihi eripuisses, tũ ego accepisse me confiterer in-
 iuriam: Sed si hec nec fecisti, nec facere potuisti,
 reditum mihi gloriosum tua fecit iniuria, nõ exi Clodius.
 tum calamitosum . Ergo ego semper ciuis eram,
 & tum maxime, cũ meam salutem senatus exte-
 ris nationibus, ut ciuis optimi, cõmendabat. Tu
 ne nunc quidem es ciuis: nisi forte idẽ hostes esse
 & ciuis potest . An tu ciuem ab hoste natura ac
 loco , non animo factisq; distinguis? Cædem in
 foro fecisti: armatis latronibus templa tenuisti:
 priuatorum domos , ædesq; sacras incendiisti :
 Cur hostis Spartacus, si tu ciuis? Potes autem esse
 tu ciuis propter quẽ aliquando ciuitas non fuit?

Et me exulem tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse re publicam putent. Nunquam ne homo amentissime te circumspicies? Nunquam ne, quid facias considerabis, nec quid loquare? Nescis exilium scelerum esse poenam? meum illud iter ad praeclearissimas res a me ante gestas esse suscepturum: Omnes scelerati, atque impij, quorum tu te ducem esse profiteris, quos leges exilio affici uolunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. An cum omnes te leges exulem esse iubeant, non eris tu exul? Non appellatur inimicus, qui cum te lo fuerit ante senatum? tua sica deprehensa est: Qui hominem occiderit? tu plurimos occidisti: Qui incendium fecerit? aedes nympharum manu tua deflagrauit: Qui templa deorum occupauerit? in foro etiam castra posuisti. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus Cornificius de te privilegium tulit, Clodius re ut si in opertum bonae deae accessisses, exulares: fertus in At te id fecisse etiam gloriari soles. Quomodo igitur tot legibus in exilium eiectus, nomen exulis non perhorrescis? Rhomae sum inquis. Et tu quidem in portu fuisti. Non igitur ubi quisque erit, eius loci ius tenebit, si ibi eum legibus esse subiectum non oportebit.

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ
πάντες οἱ μωροὶ δούλοι.

Omnes sapientes liberos esse, &
stultos omnes seruos.



Audetur uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo, aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primū libidines, spernat uoluptates, iracūdiam teneat, coerceat auaritiā, cæteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbiſſimis dominis, dedecori ac turpitudini, parere deſierit. Dū quidē his obediēt, non modo imperator, sed liber habēdus omnino non erit. Præclare enim est hoc usurpatū à doctiſſimis: quorum autoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio. Cū uero apud prudentiſſimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt, cur ergo simulem, me, si quid in his studijs operæ posuerim perdidisse? Dictū est igitur ab eruditiſſimis uiris, Nisi sapiētem liberū esse neminē. Quid est enim libertas? Potestas uiuēdi ut uelis. Quis igitur uiuit ut uult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui uiuēdi uia considerata atque prouisa

Nisi sapiens liber.

est: qui legibus quidem non propter metū paret,
 sed eas sequitur atque colit, quia id salutare ma-
 xime esse iudicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil
 cogitat deniq; nisi libēter ac libere: cuius omnia
 consilia resq; omnes quas gerit ab ipso profici-
 scuntur, eodemq; feruntur: nec est ulla res quæ
 plus apud eum polleat, quàm ipsius uolūtas atq;
 iudiciū: Cui quidem etiam (quæ uim habere ma-
 ximam dicitur) fortuna ipsa cedit, sicut sapiens
 poëta dixit, Suis qsq; fungitur moribus. Soli igitur
 hoc cōtingit sapienti, ut nihil faciat inuitus,
 nihil dolens, nihil coactus. Quod & si ita esse
 aliter, bre pluribus uerbis differendum est, illud tamen &
 ui cōficiē breue, & confitendum est, nisi qui ita sit adse-
 dum est. ctus, esse liberum neminem. Igitur omnes im-
 probi, serui: Nec hoc tā re est, quàm dictu inopi-
 natum atq; mirabile: Non enim ita dicūt eos esse
 seruos, ut mancipia, quæ sunt dominorū facta ne-
 xu aut aliquo iure ciuili: sed si seruitus sit (sicut
 est) obedientia fracti animi, & abiecti, & arbi-
 trio carentis suo, quis neget omnes leues, omnes
 cupidos, omnes deniq; improbos esse seruos? An
 ille mihi liber uidetur, cui mulier imperat: cui le-
 ges imponit: præscribit, iubet, uetat quod uide-
 tur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recu-
 sare audet? Si poscit, dandum est: si uocat, ueni-
 endum

niendum: si eijcit, abeundum: si minatur, extime
 scendum. Ego uero istum non modo nō seruum,
 sed nequissimum seruum, etiam si in amplissi-
 ma familia natus sit, appellandum puto. Atq; ut
 in magna familia, stultorū sunt alij lautiores (ut
 sibi uidentur) serui, sed tamen serui atrienses: sic
 pari stultitia serui sunt, quos signa, quos tabu-
 la, quos cælatū argentū, quos Corinthia opera,
 quos ædificia magnifica nimio opere delectant.
 Et sumus, inquiūt, principes ciuitatis. Vos uero
 ne seruorū quidem uestrorū principes estis. Sed
 ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt, una-
 gunt, qui uerrunt, qui spargunt, non honestissi-
 mum locum seruitutis tenent: sic in ciuitate, qui
 se istarum rerū cupiditatibus dederunt, ipsius
 seruitutis locum penè infimum obtinēt. Magna,
 inquis, bella gessi: magnis imperijs, & prouin-
 cijs præfui. Gere igitur animum laude dignum.
 Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum
 aliqd' Polycleti. Mitto unde sustuleris, & quomo-
 do habeas: intuētem te, admirantē, clamores tol-
 lentē cū uideo, seruū te esse ineptiarū omniū ius-
 dico. Nōne igitur sunt illa festiua? Sint. Nā nos
 quoq; oculos eruditos habemus. Sed obsecro te,
 ita uenusta habeantur ista, non ut uincula uiro-
 rū sint, sed ut oblectamēta puerorū. Quid enim
 censēs

9 censes, si L. Mūmius aliquem istorū uideret ma-
 tellionē Corinthiū cupidissime tractantem (cū
 ipse totam Corinthū cōtempisset) utrum illū ci-
 uem excellētem, an atriensem serūū diligentem
 putaret? Reuiuiscat Marcus Curius, aut eorum
 aliquis, quorū in uilla ac domo nihil splendidū,
 nihil ornatū fuit præter ipsos: & uideat aliquem
 summis populi beneficijs usum barbatulos mulu-
 los exceptātem de piscina & pertractantem, &
 murenarum copia gloriāntem: nonne hunc ho-
 minem ita serūū iudicet, ut ne in familia quidem
 dignum maiore aliquo negotio putet? An eorum
 seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam
 cōditionem recusant durissimæ seruitutis? Here-
 ditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo nō su-
 scipit? Quē nutū locupletis orbi senis non obser-
 uat? Loquitur ad uolūtatem: quicquid denūciatum
 sit, facit: assentatur, assidet, miratur. Quid horū
 est liberi? Quid deniq; nisi serui nō inertis? quid
 iam illa cupiditas (quæ uidetur esse liberalior)
 honoris, imperij, prouinciarum? quæ dura est do-
 mina, quàm imperiosa, quàm uehēmēs. Cethego
 homini non probatissimo seruire res coëgit eos,
 qui sibi esse amplissimi uidebantur: munera mit-
 tere, noctu uenire domū ad eum, precari, deni-
 que supplicare. Quæ seruitus est, si hæc libertas
 existimari

existimari potest? Quid cum cupiditatum domi-
 natus excessit, & alius est dominus exortus ex cō-
 scientia peccatorū, timor? Quam est illa misera,
 quam dura seruitus? Adlescētibus paulo loqua-
 cioribus est seruiendum. Omnes qui aliquid scire
 uidētur, tanq̄ domini timentur. Iudex uero quā-
 tum habet dominatū? quo timore nocētes afficit?
 An non est omnis metus seruitus? Quid ualet igi-
 tur illa eloquētissimi uiri L. Crassi copiosa ma-
 gis quam sapiens oratio? Eripite nos ex seruitu-
 te. Quæ est ista seruitus, tã claro homini, tamq̄; *Seruitus*
 nobili? Omnis enim animi debilitata, & humilis, *quid sit.*
 & fracta timiditas, seruitus est. Nolite sinere nos
 cuiquam seruire. In libertatem uindicari uult?
 Minime. Quid enim adiungit, nisi uobis uni-
 uersis? Dominū mutare, nō liber esse uult. Qui-
 bus & possumus, & debemus. Nos uero, siquidē
 animo excelfo & alto & uirtutibus exaggerato
 sumus, nec debemus nec possumus. Tu posse te di-
 cito, quādoq̄dem potes: debere ne dixeris: quo-
 niam nihil quisquā debet, nisi quod est turpe nō
 reddere? Sed hæc hactenus. Ille uideat
 quomodo imperator esse possit,
 cū eum ne liberum quidem
 esse, ratio & ueritas
 ipsa cōuincat,

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλεῖστος .

Quod solus sapiens diues sit.



Væ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? Solus tu ne diues? Proh dii immortales. Egone me audiuisse aliquid, & didicisse non gaudeam? Solusne tu diues? Quid si ne diues quidem? quid si pauper etiam? Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit: qui nihil querat, nihil appetat, nihil optet amplius (Animus enim tuus oportet se iudicet diuitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ) & qui nihil sibi deesse putat, nihil curat amplius, satiatatus est aut contentus etiam pecunia. Cōcedo, diues es. Sin aut propter auaritatem pecuniæ nullum quæstum turpē putas, cum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus, si quotidie fraudas, decipis, posciscis, pacisceris, aufers, eripis, si socios spoliās, avariū expilas, si testamēta amicorū expetis, aut ne expetas quidem atque ipse supponis, hæc quidem utrum abundantis, an egētis signa sunt? Animus hominis diues, non arca, appellari solet. Quamuis illa sit plena, dum te inanē uidebo, diuitem non probabo.

tabo. Etenim ex eo quantū cuique satis est, me-
 tiuntur homines diuitiarū modum. Filiam quis
 habet, pecunia est opus: Duae, maiore: Plures ma-
 iore etiā. Si (ut aiunt) Danaī quinquaginta sunt
 filiae, tot dotes magnā quærūt pecuniam. Quan-
 tum enim cuiq; opus est, ad id accōmodatur, ut *Aliās satis*
 ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur non fili-
 as plures, sed innumerabiles cupiditates habet,
 quæ breuī tēpore maximas copias exhaurire pos-
 sint, hunc quomodo ego appellabo diuitē, cum
 ipse egere se sentiat? Multi ex te audierunt, cum
 diceres, Neminē esse diuitē, nisi qui exercitū ale- *Quē diuitē*
 re posset suis fructibus: quod populus Rhoma- *tē appella-*
 nus ex tātis uectigalibus iam pridem uix potest. *bat Cras-*
 Igitur hoc proposito nunq̄ eris diues, antequam *sus.*
 tibi ex tuis possessionibus tantū reficiatur, ut eo
 tueri sex legiones, & magna equitū ac peditū au-
 xilia possis. Iā fateris igitur non esse te diuitē, cui
 tantum desit, ut expleas id qd' exoptas. Itaq; istā
 paupertatē, uel potius egestatem ac mendicitatē
 tuam nunq̄ obscure tulisti. Nam ut his qui hone-
 ste rem quærunt, mercaturis faciēdis, operis dan-
 dis publicis, sumēdis, intelligimus opus esse quæ-
 sito: sic qui uidet domi tuæ pariter accusatorum
 atque iudicum consociatos greges, qui nocentes
 & pecuniosos reos, eodem te autore corrupte-
 lam

lam iudicij molientes, qui tuas mercedū pactio-
 nes in patrocinijs intercisas, pecuniarū in cōcio-
 nibus cādicatorū, dimissiones libertorū ad fœ-
 nerādas diripiēdasq; prouincias, qui expulsio-
 nes uicinorū, qui latrocinia in agris, qui cū ser-
 uis, cū libertis, cū cliētibus societates, qui posses-
 siones uacuas, qui proscriptiones locupletū, qui
 cades municipiorū, qui illā Syllani tēporis mes-
 sem recordetur, qui testamēta subiecta, qui subla-
 tos tot homines, qui deniq; omnia uenalia, dele-
 ctū, decretū, aliena, suā sententiā, forū, domū, uo-
 cē, silētiū, quis hūc nō putet cōfiteri sibi quæsito
 opus esse? Cui quæsito aut opus sit, quis unq; hūc
 uere dixerit diuitē? Etenim diuitiarū est fructus
 in copia: copiā aut declarat satietas rerum atq;
 abūdātia: Quā tu, quoniā nūq; assequere, nūq; o-
 mnino es futurus diues. Meā aut quoniā pecuniā
 contēnis, & recte (est enim ad uulgi opinionē me-
 diocris, ad tuā nulla, ad meā modica) de me sile-
 bo, de te loquar. Si censenda nobis atq; aestimāda
 res est, utrū tandem pluris aestimabimus pecuniā
 Pyrrhi, quā Fabricio dabat, an cōinētiā Fabri-
 cij, qui illā pecuniā repudiabat? Utrū aurū Sāni-
 tū, an resposum M. Curiij? hereditatē L. Pauli,
 an libertatē Aphricani, qui eius hereditatis Q.
 Maximo fratri partē suā cōcessit. Hæc profecto,
 quæ

Quæ sunt summarum uirtutū potiora, pluris æstimanda sunt quàm illa, quæ sunt pecuniæ membra. Quis igitur (siquidem ut quisque quod plurimi sit possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet quin in uirtute diuitiæ sint: quoniam nulla possessio, nulla uis auri & argenti, pluris quàm uirtus æstimanda est. O di immortales: non intelligunt homines quàm magnum uectigal sit parsimonia. Venio enim iam ad sumptuosos: relinquo istū quæstuosum. Capit ille ex suis prædijs sexcenta sestertia, ego centena ex meis: illi aurata tecta in uillis, & sola marmorea ea facienti, & signa, tabulas, suppellectilem & uestem infinite concupiscenti: non modo ad fructum ille est sumptus, sed etiã ad fœnus, exiguus. Ex meo tenui uectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiã redundabit. Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? cui possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendã, an quæ suis se uiribus sustinet? Sed quid ego de me loquor, qui morū ac temporū uitio aliquantum etiã ipse fortasse in huius seculi errore uerser? M. Manilius patrū nostrorū memoria (ne semper Curios & Lucinos loquamur) pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundū in Lico-bicano, po. Nos igitur ditiores sumus, qui plura habemus?

mus? Utinam quidem essemus. Sed non aestimatio
 ne census, uerū uictu atq; cultu terminatur pecu-
 niæ modus. Nō esse cupidū pecuniæ, nō esse ema-
 Notā uir- cem, uectigal est. Contentū uero suis rebus esse,
 tutis potē- maximæ sunt, certissimæq; diuitiæ. Etenim si isti
 tiam. callidi rerū aestimatores, prata & areas quasdā
 magno aestimant, quod ei generi possessionum
 minime quasi noceri potest. quanti est aestimanda
 uirtus, quæ nec eripi, nec surripi potest, neq;
 naufragio neq; incendio amittitur, nec tempesta-
 tū, nec temporū permutatiōe mutatur: Qua præ-
 diti qui sunt, soli sunt diuites. Soli enim possidēt
 res, & fructuosas, & sempiternas: Soliq; (qd' est
 propriū diuitiarū) contenti sunt rebus suis. Satis
 esse putant qd' est: nihil appetūt, nulla re egent,
 nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirūt. Improbi
 autē & auari (quoniā incertas atq; in casu posita
 tas possessiōes habent, & plus semper appetunt,
 nec eorū quisquam adhuc inuentus est cui
 quod haberet esset satis) nō modo non
 copiosi ac diuites, sed etiam
 inopes ac pauperes existi-
 stimandi sunt.

PARADOXORVM FINIS.